Butyr. ana ℥j.
M. ac Ventrem inunge.
Vel ℞. *Ol. Olivar.*
Juſcul. carnium. ana ℥vij.
M. F. Clyſter.
Vel ℞. *Decoct. Herb. emollient.* ℔j.
Mell. violac.
mercurial. ana ℥ß.
Ol. Lini ℥iß.
Nitri Antimoniat. ʒß.
M. F. Clyſter. tepidè injiciendus.
Vel ℞. *Mirobalan. chebul.*
emblic. ana ʒij.
Rhabarb. elect. ʒj.
Semin. Aniſ.
Cremor. Tartar. ana ℈iiß.
Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Aq. font. Colat. ℥iij. *vel* iiij. *bibatur pro doſi.*

CAPUT XXXIII.

De Remediis Purgantibus.

§. 1.

P*Urgantia* ſive *Cathartica, generali* quidem vocis acceptione, ea deſignant Remedia, quæ quovis modo Maſſam ſanguineam, per has aut illas vias evacuando, depurant: *ſpeciali* autem ſignificatione indigitant Medicamenta per alvum & vomitum purgantia: *ſpecialiſſimâ* tandem & ſtrictiſſimâ acceptione illa tantùm, quæ per alvum excrementa ſordesque ſanguinis & humorum eliminant, ſignificant. *Quid purgantia ſint in genere?*

§. 2. *Cathartica* itaque Remedia hoc Capite tractanda ea appellamus, quæ non ſolùm primas *Cathartica ſpecialia.*

Inteſtinorum vias eluunt & extergunt, ſed ulterius in laticem humoroſum penetrando ibidem heterogeneorum corpuſculorum præcipitationem inſtituunt, ac ejuſmodi fœculentos humores ſub formâ ſeri plus minus flavi per alvum expellunt.

Eorum diviſio. §. 3. Quoad effectum, *Remedia Purgantia* dividimus in *leniora* & *fortiora*, quorum *illa* ſalibus non ita cauſticis, ſed mitius acribus, *hæc* verò ſale magis corroſivo prædita vim ſuam partim in nerveas Inteſtinorum fibras, partim in humoroſi laticis conſiſtentiam, craſin & texturam exercent. *Purgantia leniora.* *Mitiora* Cathartica nonnulla ex Tabulâ *Lenientium* petere licet, v. gr. *Mannam*, *Caſſiam*, *Tamarindorum Succum* atque *Syrupos*, de quibus vide Formulas Capitis præcedentis. Hiſce verò heic adjicimus *Folia Senæ*, *Aloën*, *Rhabarbarum*, *Mechoacannam*, *Agaricum trochiſcatum*, & è præparatis vel compoſitis *Pulverem laxativum vegetabilem*, *Diaſennæ Montagnanæ*, *Extracta Rhabarbari*, *Agarici*, *Panchymagogum Crollii*, *Catholicum Andernaci*, *Maſſam Pilularum Cochiarum*, *Pilulas Emanuelis*, *Marocoſtinas*, *Diacydonium lucidum*, *Electuarium è ſucco Roſarum*, *Maſſ. Pilular. tartar. Quercetan.* & quam plurima alia in Diſpenſatoriis noſtris exiſtentia. *Fortiora.* *Fortiora* Purgantia adhuc dum pluribus Medicis uſitata ſunt, *Jalappa*, *Scammonium*, *Turbith*, *Rad. Hermodactyli*, *Colocynthis*, in *Trochiſcis*, vel in *Extracto Trochiſcorum*, *Alhandali* dictis, *Syrupus de Spinâ cervin.* *Oxymel helleboratum Geſneri*, *Confectio Hamech.* &c.

Agendi modus dubius. §. 4. Quoad agendi modum & humorem educendum, differentes ſunt quidem hodie & olim quoque fuerunt Medicorum opiniones. Uſquo adeo ſubtilis res eſt indaginis, ut difficillimè dicere

cere queas, quomodo Purgantia ſanguinem & humores in ſuâ ἐνεργείᾳ afficiant, quasque præciſè humorum particulas adoriantur, loco moveant, & per Inteſtinorum glandulas expellant. Veteres *electivè purgantia* ſimul inter ſe diſtinxerunt, dum alia quidem Bili, alia Pituitæ, alia denique Melancholiæ expurgandæ convenientia eſſe ſtatuerunt.

§. 5. Nos verò paucis rem hanc ſequenti ratione explicamus, & quidem, quod modum agendi attinet, ſupponimus, ante omnia in quibuscunque Purgantibus ſal quoddam acre plus minus ſubtile exiſtere, quod vel inde patet, quoniam omnia Purgantia ſtimulationem excitant, quæ non niſi acribus particulis, Narium membranam nerveam vellicantibus & pungentibus, attribui poteſt. Salia itaque purgantium, dum in ſanguinem perveniunt, ibidem mox craſin turbant, ſitum particularum nonnihil atterunt & mutant, ſicque vincula, quibus heterogeneæ cujusvis demum qualitatis particulæ coërcebantur, rumpunt, ac motum particularum ſanguinis inteſtinum nonnihil immutando, id efficiunt, ut particulæ illæ heterogeneæ, determinatam interea figuram pro tranſmigrandis inteſtinalium Glandularum porulis adeptæ, ac è poris maſſæ ſanguineæ præcipitatæ copioſius in Inteſtinorum canalem demittantur. Hoc ipſo tamen non negamus, ſaporem purgantium nauſeabundum valdopere, contribuere ad præſtandam purgationem; quemadmodum enim ille jam in ore copioſiorem elicit irritando ſalivam, ita procul dubio & in tractu ventriculi ac Inteſtinorum irritationem ſimilem continuando copioſum ſerum emulgere, atque per alvum extrudere valet. *Opinio noſtra.*

§. 6. Quòd *electivè Purgantia* concernit, etiamſi hodie *Electivè purgantia.*

hodie existant, qui Veterum adhuc sententiam aliquo modo sive excusare, sive defendere conentur, atque è modernæ Physiologiæ principiis, *Specifica purgantia* adstruere non erubescant, quæ scilicet determinato quodam, sed vario illo modo figurata, nunc magis oleosas, nunc magis serosas sanguinis particulas invadant & præcipitent, nihilominus tamen excusso quaternario illo Humorum numero, ipsa quoque sententia de *Electivè Purgantibus* per se cadere videtur. Quod si enim quatuor illi humores demonstrari haud possunt, quo modo Purgantia, Humores illos evacuare apta, demonstrari aut asseri poterunt? Quòd si forsan quis dicat & asserat, dari *solutiva* Remedia, quæ magis sulphureas, dari & alia, quæ magis serosas adoriantur particulas, in humorali Massâ præter naturaliter hærentes, id certè facilius dicitur, quàm demonstratur, quandoquidem *Evacuantia* omnia non nisi gradu efficaciæ & acrimoniæ salinæ inter se differre, Practici circumspectiores & curiosiores observârunt. Illud verò solùm notatum hic volumus, nos in præscriptione purgantium, pro Temperamentis cholericis *salinum* magis stimulum, pro pituitosis autem vel melancholicis *sulphureo-aromaticum* permiscere solere; eo quòd salia, inprimis alcalia, magis agant in oleosas viscidas particulas; sulphureo-aromatica autem, inprimis sale volatili alcalino comitata, pituitam efficacius resolvant. Quæ omnia in Formulis sequentibus clariora evadent, v. gr.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒj.
Cremor. Tartari ℈ß.
M. f. Pulv. subt. pro dosi cum Vino aut Aquâ aliquâ destillatâ sumendus.

Vel ℞. *Pulver. radic. Jalapp.* ℈j.

Cremor.

Cremor. Tartar. ℈ß.
Salis Absynth. gr. iiij.
Scammon. Sulphurat. gr. iij.
M. f. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Rhabarb. elect.* ʒß.
Cremor. Tartar. ℈j.
Scammon. sulphur. gr. vj. *vel* vij.
Ol. Macis destill. gutt. j.
M. f. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Rad. Rhab. elect.* ℈ij.
Radic. Jalapp. ℈ß.
Cremor. Tartar. Salis Abs. ana gr. v.
Ol. destill. Anis. gtt. ij.
M. f. cum Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Antimonii diaphor.*
Mercur. dulc. opt. ana gr. xv.
Sulphur. Antimonii correct. gr. ij,
Ol. destill. Fœnic. gtt. j.
M. f. Pulv. subt. pro dosi.

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
Apii ana ʒiß.
Herb. Agrimon. Mß.
Fol. Senæ mundat. ʒiij.
Rhabarb. elect. ʒiß.
Cremor. Tart.
Semin. Anis. ana ʒj.

Incisa & contusa affunde Aq. Cichor. q. s. Stent in Digestione in loco tepido per noctem postridie mane Colaturæ ℥iiiß. *adde Syrup. Rosar. s. s. q. s. m. f. Potio d. ad Vitr.* pro dosi.

Vel ℞. *Fol. Senæ mundat.* ℥ß.
Radic. Cichor. ʒiß.
Herb. Hepatic. nobil.
Cuscut. ana Mß.
Crem. Tartar. ℈iiij.

Cinam. opt. ʒj.

Incis. & contus. dentur ad Nodulum, qui cum vj. viij. *prunis Damascenis in Aquâ fontanâ, aut cum medio Aquæ & Vini albi per noctem infusus mane coquatur, Colaturam hinc propinando, ac Pruna pro lubitu supercomedendo.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
Fœnic.
Cichor. ana ℥j.
Confect. Hamech. ʒiiß. *ad* ℥ß.
Syr. flor. Persic. ʒvj.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Aqu. Scabios.*
Card. bened. ana ℥j.
Cinam. buglossat. ʒiiß.
Syr. Violar. ʒvj.
Electuar. è succ. Rosar. ʒiij.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Aqu. Fœnic.*
Apii.
Taraxac. ana ʒvj.
Cinam. ʒij.
Diacydon. lucid. ℥iij. *ad* ʒß.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Syr. de Cichor. cum Rhabarb.*
Rosar. solut. comp.
cum Rh. Ag. & Sen. ana ℥j.
Aq. Flor. Acac.
Borrag. ana ℥ß.
Cinam. ʒij.
Scammom. sulphurat. gr. ij.
M. ad Vitr. pro dosi.

Vel ℞. *Syr. flor. Acac.*
de Cichor. cum Rhab. ana ℥j.
Aqu. Bugloss.

Endiv.

Endiv. ana ℥ß.
Cinam. ʒiß.
Elect. è succ. Rosar. ʒij.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Syr. de Mann. laxat.*
flor. Persic. ana ℥iß.
Aqu. cardiac. officin.
Veronic. ana ℥ß.
Fœnicul. ʒiij.
Elix. propriet. Parac. gtt. viij.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Spiritus Cerás. nigr.*
Anis. ana ℈ij.
Magist. Jalapp. vel
Resin. Scammon. gr. vii. *ad* ix.
Solve leni igne, hinc adde
Julep. rosac. ʒij.
Syr. flor. Tunic. ʒj.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Aqu. Vit. Matthiol.* ʒj.
Spiritus Meliss.
Rorismar. ana ℈ß.
Magist. Jalapp. gr. viij. *ad* x.
Solve leni igne, & adde
Syr. Violar. ʒij.
Capill. Vener. ʒiß.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Aqu. Scab. Borrag. Cichor ana* ℥j.
Fœnic. ʒiij.
Salis Anglic. opt. ʒvj. *ad* ℥j.
Syrup. Violar. ℥ß.
Misc. detur ad Vitr.
Vel ℞. *Nucl. Persic.*
Amygdal. dulc. rec. excort. ana ʒj.
Magist. Jalapp. vel

Resin. Scammon. à gr. viii. *ad* ix. *vel* x.
Contunde invicem in mortario probè, dein affunde Aqu. Plantag.
Cichor. ana ℥vj.
Borrag. ℥ß.
Cinam. buglossat. ʒiij.
M. f. l. a. Emulsio, cui adde
Rotul. Man. Chr. simpl. ʒij.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Conserv. Fumar.*
Borrag. ana ʒß.
Radic. Jalapp. ℈j.
Mercur. dulc. opt. ℈ß.
Scammon. sulphurat. gr. ij. *ad* iiij.
Ol. destill. Macis gtt. ij.
Cum Saccharo f. Bolus d. ad chart. pro dosi.
Vel ℞. *Conserv. Betonic.*
Anth.
Ros. rubr. ana ʒß.
Scammon. sulphurat. gr. viij. *ad* x.
Crem. Tartar. ℈ß. *ad* ℈j.
Olei destill. Nucist. gtt. j.
Cum Saccharo f. Bolus pro dosi. Vel
℞. *Pulp. Cass. rec. extract.* ʒij.
Magist. Jalapp. gr. v.
Gumm. gutt. gr. ij.
Salis Cent. min. gr. vij.
Ol. destill. Anis. gtt. j.
Cum Saccharo f. Bolus pro dosi.
Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ℈ß.
Mercur. dulc. opt. gr. xv.
Magist. Jalapp. gr. vij. *ad* ix.
Sacch. Aq. Cinam. solut. q. s.
M. F. l. a. Rotulæ num. vj. *Olei destill. gtt.* ij. *irrorandæ pro dosi.*

Vel

Vel ℞. *Extract. panchymag. Croll.*
Pilul. angelic. ana gr. viij.
Mercur. dulc. opt. gr. xij.
Magist. Jalapp. gr. iij. *vel* iv.
Ol. destill. Succin. gtt. j.
M. F. Pil. num. xij. *pro dosi.*

Vel ℞. *Extract. catholic.* ℈ß.
Rhabarb. gr. vj.
Helleb. nigr. gr. iiij.
Resin. Scammon. gr. ij.
M. F. l. a. Pil. num. xiij. *inauratæ d. ad scat. pro dosi.*

Vel ℞. *Extract. Pil. cathol.*
M. Pilul. Emanuel. ana ℈ß.
Magist. Jalapp. gr. ij. *ad* iv.
Ol. destill. Meliss. gtt. ij.
F. l. a. Pil. num. xj. *dentur pro dosi.*

Vel ℞. *Extract. Pil. cochiar.* ℈ß.
Rhabarb. gr. vj.
Resin. Jalapp. gr. iiij.
Ol. destill. Nucist. gtt. ij.
Mercur. dulc. gr. xv.
M. F. l. a. Pil. num. x. *sumantur inauratæ pro dosi.*

Vel ℞. *Mass. Pilul. tartar.*
è Succin. Craton. ana ℈ß.
Magist. Jalapp. gr. iij.
Ol. destill. Menth. vel
Fœnic. gtt. j.
M. F. l. a. Pil. num. xij. *d. ad chart. inaur. pro dosi.*

Vel ℞. *Aq. flor. Acac.*
Fœnic. ana ℥j.
Cinam. opt. ʒij.
Elect. e Succ. Rosar. ʒiij.

Diacydon. lucid. ℥ß.
Elix. propr. ſ. acid. gtt. xv.
M. ad Vitr. pro doſi.

Vel ℞. *Radic. Aſparag.*
Vincetox. ana ʒiij.
Herb. Meliſſ.
Scolopendr. ana Mj.
Summit. Abſynth. Mß.
Fol. Senæ mundat. ℥ß.
Agaric. Trochiſcat.
Rhabarb. elect. ana ʒij. *ad* ʒiij.
Salis Card. bened. ʒj.
Cinam. opt. ℈iiij.
Semin. Aniſ. ʒiij.

Inciſ. & contuſ. inſuantur Nodulo ex ſindone: Cui affunde Vin. alb. vet. & Aqu. font. ana Mj. *ſingulis Mane hauriatur cyathus.*

Vel ℞. *Radic. Apii* ʒvj.
Angelic.
Ruſc.
Polypod. ana ʒiiß.
Cortic. Cappar. ʒij.
Herb. Hepat. nobil.
Agrimon.
Chamædr.
Epithym.
Summit. Cent. min. ana Mß.
Fol. Senæ mundat. ℥j.
Fibr. Radic. Helleb. nigr. ʒiiß.
Radic. Aſar. ʒij.
Cortic. Winteran. ʒiß.
Sem. Aniſ. ʒiij.
Salis Juniper. ʒiß.

Inciſ. & contuſ. inſuantur Nodulo ex Sindone rubrâ, cui affunde

Vin.

Vin. alb. veter. ℳj.
Aq. Cichor.
Fontan. ana ℔j.

Stent sine coctione in Cellâ, quotidie mane hauriatur Cyathus unciarum quatuor, aut plurium.

§. 7. Atque hæc sunt, quæ in communi nobis usu existunt: novimus equidem plurima adhuc alia, tam simplicia quàm composita purgantia, & olim & hodie ab his illisve Medicis æstimata ac usurpata fuisse, & adhuc dum usurpari, sed cùm illa passim ab Auctoribus inter obsoleta, vel inusitata numerentur, iis recensendis studio supersedemus.

CAPUT XXXIV.

De Medicamentis Emeticis.

§. 1.

Vomitoria quid proprie sint.

V*Omitoria* sive *Emetica* Remedia sunt, quæ quicquid intra Ventriculi capacitatem hæret, per œsophagum & os expurgant. Ut adeo indicans signum talis medicamenti non aliud quid sit, quàm saburra vitiosorum humorum & cruditatum in ventriculo hærens, inibique varia incommoda plus minus molesta producens, quam non alio credimus elui posse modo, nisi per vomitum arte procuratum. Notant enim quotidie Practici, usque adeo viscidas subinde in stomacho comprehendi & stabulari cruditates, ut Remedio purganti per inferiora minimè obediant, nisi prius aliis in usum vocatis remediis sensim incisæ & præparatæ fuerint. Jam verò Morbi vis maxima sæpissimè tantam non permittit temporis moram, sed citum exposcit auxilium, antequam firmas radices agat, & vel immedicabilis planè, vel tardius superabilis